

**R**ABANVS EPISCOPVS SER VVS  
 servorum Dei, dilectus filiis Cordubēn, &  
 Hispaleū Ecclesiarum cantoribus, ac Thomae  
 de Ayala Canonicō eiusdem Ecclesiae Hispaleū,  
 salutem & Apostolicam benedictionem vi-  
 tæ, ac morum honestas aliaque laudabilia pro-  
 bitatis, & virtutum merita super quibus dilec-  
 tus filius Franciscus de Casaus clericus Hispaleū  
 civitatis, vel diocesis apud nos fide digno  
 commendatur testimonio nos inducunt, ut sibi reddamus ad gratiam  
 liberales dudum siquidem omnes Dignitates ceteraque beneficia Ec-  
 clesiastica cum Cura, & sine cura extunc usque ad beneplacitum nostrum  
 in Octobris, & certis alijs tunc expresis mensibus extra Romanam Curiam,  
 alias quam per resignationem vacatura collationi, & dispositioni  
 nostre resursum ex tunc iuritum, & inane si secus super  
 his a quo quam quavis autoritate licet, vel ignoranter contigerit at-  
 tentari. Cum itaque post modum thesauraria Ecclesiae Hispaleū, quā  
 quodam Hieronimus de Leiba, ipsius Ecclesiae thesaurarius, dum vive-  
 ret obtinebat per obitum dicti Hieronimi, qui beneplacito predicto ad  
 huc durante extra dictam Curiam de mense Octobris, anni proximi præ-  
 teriti, diem clausit extremum vacaverit & vacet ad praesens nullusq; de  
 illa præter nos hac vice disponere potuerit, sive posset reservatione, &  
 decreto ob silentibus supradictis nos eidem Francisco, qui testimonio  
 dilecti filij Vicarij Generalis a dilectis filiis capitulo dicta Ecclesiae Se-  
 de Archiepiscopali Hispaleū, tunc vacante deputati de vita & moribus  
 predictis, ac idoneitate etiam commedatur afferenti se in vigesimo suæ  
 ætatis, anno constitutum existere, ac alias secum, ut defectu natalium  
 quem ex soluto & soluta genitus patitur non obstante ad quatuor mi-  
 nores ordines promoveri possit ordinaria authoritate dispensatū fuisse  
 sequi dispensationis huiusmodi vigore clericali charactere insignituin  
 exitisse, ac ex dispensatione Apostolica pensionem annuam trecentorū  
 ducatorum moneta Hispaniarum super fructibus redditibus & proven-  
 tibus mensa Episcopalis Cauriæ Apostolica sibi authoritatē reservatā  
 annuatim percipere præmissorum meritorum suorum intuitu speciale  
 gratiam facere volentes ipsumque Franciscum, cum quo nos etiam ho-  
 die super eodem defectu quodque illo non obstante ætate suffragante  
 legitima ad omnes sacros etiam præbiteratus ordines promoveri, &  
 promotus in illis, & in altaris ministerio ministrare libere & licite valeret  
 per alias nostras litteras per officium minoris gratie expeditas sub cer-  
 tis

etis modo & forma dispensare mandavimus prout in ipsis litteris plenis  
continetur à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijs  
que Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis ab iure, vel ab homine  
quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus exi-  
stat ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie ab-  
solventes & absolutum fore censentes discretioni vestrae per Apostolica  
scripta mandamus quatenus vos vel duo, aut unus vestrum per vos, vel  
alium, seu alios thesaurariam praedictam, quae in dicta Ecclesia Dignitas  
est non tamen post Pontificalem maior existit cuique cura non imminet  
animatorum & ad quam non consuevit quis per electionem à sumi, ac cu-  
ius & illi forsan annexorum fructus redditus & proventus super quibus  
& illius distributionibus cotidianis una quinque millium, ac ottin-  
gentorum regalium monetarum Hispaniarum Iustino Antolinez, & altera  
pensionis annuae quadragintorum ducatorum auri de camara Didaco de  
Cardenas clericis dilectis filijs illas annuatim percipientibus Apostoli-  
ca autoritate praedicta reservatae, constituta, & a signatae reperiuntur  
viginti quatuor computatis vero distributionibus praedictis mille & du-  
centorum ducatorum auri simillimum secundum communem aestimatio-  
nem valorem annuum ut dictus Franciscus; etiam assert non excedunt  
sive præmisso, sive alio quovis modo, aut ex alterius cuiuscumque per-  
sona, seu per liberam resignationem dicti Hieronimi, vel cuiusvis alterius  
de illa in dicta Curia, vel extra eam etiam coram notario publico, &  
testibus sponte factam, aut affectionate alterius beneficij Ecclesiastici qua-  
vis autoritate collati vacer etiamsi tāto tempore vacaverit, quod eius  
collatio iuxta Lateranensis statuta conciliij ad Sedem Apostolicam legi-  
time revoluta priusque thesauraria propria ratione specialiter,  
vel alias (ex eo quod dictus Hieronimus praedictam thesaurariam obti-  
nens intraque signatura nostra referendarius extitit) generaliter reser-  
vata existat, & super ea inter aliquos lis cuius status praescientibus haberi  
volimus pro expreiso pēdeat iracifa dummodo eius dispositio ad nos  
hac vice pertineat cum annexis huiusmodi, ac omnibus iuribus & per-  
tinentijs suis eidem Franciscum, si secundū litterarum praedictarum vigore  
dispensari contigerit ex nunc pro ex tunc, & econtra postquam secum  
super defectu huiusmodi dispensatum fuerit, ut præfertur conferre, &  
a signare autoritate nostra curetis in ducentes præfatum Franciscum  
vel procuratorem suum cuius nomine in corporalem possessionem the-  
saurarie, ac annexorum iuriumq; & pertinentiarum praedictorum, &  
defendentes inductam à moto ex inde quolibet derentore, ac facientes  
Franciscum, vel pro eo procuratorem praedictū ad thesaurarium huius-  
modi, ut est moris admitti sibi q; de illius & annexorum eorundem stu-  
ctibus, redditibus, provétibus, iuribus, & obventionibus universis, inte-  
grie respōdere contradicentes autoritate nostra praedicta appellatione post  
posita cōpescēdo non obstantibus fœlicis recordationis Bonifaci Papæ  
Octavi pte decessor; nostri, & alijs Apostolicis cōstitutionibus, ac dictæ  
Ecclesiæ iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia ro-  
boratis statutis & cōsuetudinib; contrarijs quibusq; aut si aliqui super  
provisionibus sibi faciēdis de Dignitatibus dictæ Ecclesiæ speciales, vel  
alijs beneficij Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis, aut  
legatorum.

legatorum eius litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem & decretum, vel alias quomodolibet sit processum quibus omnibus eundem Frāciscum, in assecutione dictæ thesaurariae volumus ante ferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Dignatum, vel beneficiorum aliorum præiuditum generari, seu si pro tempore existentis Archiepiscopo & dilectis filiis Capitulo Hispaleo, vel quibusvis alijs communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum quoad receptionem, vel provisionem alicuius minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici suspendi, vel excommunicari nō possit, quodque de Dignitatibus dictæ Ecclesiæ, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem præsentationem, vel quamvis aliena dispositio-  
nem coniunctim, vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum le indulto huiusmodi mentionem, vel qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam præsentibus non expressam, vel totaliter in certam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusq; toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, seu si dictus Frāciscus præsens non fuerit ad præstantum de obseruandis statutis & consuetudinibus dictæ Ecclesiæ solitum iuramentum dummodo in absencia sua per procuratorem idoneum, & cum ad ipsam Ecclesiam accesserit corporaliter illud præstet. Nos enim cum dicto Francisco, ut thesaurariam prædictam si illa sibi per vos, seu aliquem vestrum præsentium vigore conferri & assignari contigerit, ut præfertur recipere, & quoad vi-  
xerit retinere libere, & licite valeat defectu præmisso, ac Piætavensis cœ-  
cilij, ac alijs consuetudinibus & ordinacionibus Apostolicis, ac ut præ-  
fertur roboratis statutis, & consuetudinibus supradictis cœterisque cō-  
trariis quibuscumque nequaquam obstantibus Apostolica autoritate  
prædicta earundem tenore præsentium. De speciali dono gratiæ dispensamus proviso, quod dicta thesauraria debitis præterea non fraudetur obsequis, sed cius congrue supportentur onera consueta volumus autem, quod dictus Franciscus si secum super eodem defectu earundem litterarum vigore dispensari contigerit, ut præfertur cum primum ad ætatem legitimam pervenerit ad ordinem sacrum, quem thesauraria ipsa requiri se promoveri facere omnino teneatur alioquin præsens gratia nulla sit dictaque thesauraria vacet eo ipso, & insuper ex nunc irritum decernimus, & inane si secus super his à quo quam quavis authoritate scien-  
ter, vel ignoranter contigerit atrevarri. Datum Romæ, apud Sanctam Māriam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcen-  
telimo vigefimo quarto, pridie nonas Novembris, Pontificatus nostri  
anno secundo, C. Colinus, loco ✠ plumbi pendentis.

el que tiene tradición autorizada en su propia  
y la competencia no obtiene más que un resultado  
que no es lo que se pide, y que es lo que se pide  
que no es lo que se pide.